



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCLXXXI. ad annum MCCCXIV.

Parisiis, 1644

III. Ne episcopi in collatione beneficiorum aliquid sibi retineantur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15974

*Rom. 12.
Hebr. 13.
1. Petr. 4.*

*Psal. 11. 60.
65. 75. 115.*

*Collatores
ecclesiarum
qui confer-
re eas de-
beant.*

Coloff. 3.

& vt ipsi prælati sint, iuxta Apostolum, hospitales,
& vt horis competentibus ad pauperes audiendos
& iustitiam exhibendam in publico præsentiam
suam exhibere procurent, & in personis propriis
confessionibus audiendis interdum intersint, &
pœnitentiis iniungendis: ipsi etiam per confessores
discretos ciuitates proprias obeant, & in ecclesiis suis cathedralibus residere procurent: vt aliquibus maioribus festis, & saltem in aliqua parte * pro ^{ferv} _{per} animæ suæ saluti magis viderint expedire. Et quia, iuxta scripturæ testimonium, vota nostra tenemur reddere Domino Deo nostro, salubriter decernimus aduertendum, vt episcopi formam suæ professionis in sua consecratione prolatam bis in anno coram se legi faciant diligenter, vt tanto melius professionis suæ recordentur, quanto sèpius eorum fuerit auribus inculcata.

III.

Ad hæc statuimus, ne prælatus aliquis, cum ecclesiam contulerit aut præbendam, fructus eiusdem ecclesiæ siue præbendæ nondum collectos sibi præsumat aliquatenus usurpare, vel in institutione, vel missione in possessionem, vel charta super hoc facienda, aliquid audeat extorquere, nec ab officiariis suis archidiaconis vel decanis sustineat extorqueri.

IV.

Cum, secundum Apostolū, avaritiæ, quæ est idolorum seruitus, episcopos aut alios Dei ministros seruire non conueniat, ad tantam pestem radicitus euellendam statuimus, vt si quis ad ecclesiam ali-

quam